



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dies Festos Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197097

Festum B. Stanislai Kostka.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53072)

in omnibus suis actibus, ita ut illa Deo,
& Deus ipsi esset Omnia. Durand.



FESTUM B. STANISLAI KOSTKA.

*Innocen-
tius.*

THESIS I. *Beatus ille.* Luc. 11.
v. 43. Tria Stanislaum decla-
rant Beatum, & breviter declarabunt
Sanctum. I. Innocentia Vitæ. II.
Puritas Morum. III. Eminentia Vir-
tutum.

THESIS II. *Beatus & Sanctus.*
Apoc. 20. v. 6. Beatus, quia Sanctus;
Sanctus, quia Beatus. Vel. I. Nun-
quam fuisset Sanctus, nisi fuisset Beatus.
II. Nunquam fuisset Beatus, nisi fuisset
Sanctus.

*Triples
homo.*

THESIS III. *Erunt sicut Angeli Dei*
Matth. 22. v. 30. Triplicis generis
homines adverte. I. Homo-Deus.
II. Homo-homo. III. Homo-Angel-
lus.

lus. Licet S. Augustinus tract. 4. in
Epist. S. Joan. tantum duo exprimat ita
loquens: Ergo duas Nativitates atten-
dite fratres, Adam, & Christum. Duo
sunt homines, sed unus ipsorum Homo-
homo, alter Homo-Deus: Per Hominem
hominem peccatores sumus; Per Ho-
minem. Deum justificamur: Nativi-
tas illa dejecit ad mortem, ista Nativi-
tas erexit ad vitam. Haecenus Aug.
Ego autem tertium genus addo: Ho-
mo-Angelus nixus verbis, quæ Thebæus
Ammon senex de juvene quopiam,
qui in summa patientia in morbo ei
serviit, protulit: *Hic juvenis non homo,
sed Angelus est.* Inhærendo etiam verbis
S. Ambrosij l. 1. de Virginib. *Casti-
tas etiam Angelos facit, qui eam servavit
Angelus est.*

THESIS IV. *Pretiosa in conspectu* Mors.
Domini Mors Sanctorum ejus. Pl. 118. v.
15. Beatus Stanislavus I. mortuus est
in Amore. II. Cum Amore. III.
Ex Amore. Mors enim Sanctorum
tripliciter contingere potest. *In Amō-
re,* quando quis in *Habituali Amore*, qui
animam sanctificat, moritur: *Cum A-
more,*

more, quando quis moritur in *Actuali Amore*, qui neque per dolores morbi, neque violentia mortis se à Deo separari finit: denique *Ex Amore*, quando Amor est *Causa* mortis. Talis fuit mors B. Stanislai.

Sanctitas.

THESIS V. *Beatus & Sanctus*. Apoc. 20. v. 6. Stanislaus Sanctus, antequam Beatus. I. Sanctus in Saeculo. II. Sanctus in Religione. III. Sanctus in Morte. IV. Sanctus in Caelo.

Amor.

THESIS VI. *Quia amore langue*. Cant. 2. v. 5. Exemplo Beati Stanislai suadetur triplex Amor. I. Amor Dei. II. Amor Eucharistiæ. III. Amor Beatæ Virginis. In quibus omnibus Stanislaus excelluit.

Sanctitas.

THESIS VII. *Consummatus in bre*vi explevit tempora multa. Sap. 4. v. 13. I. Innocens in *Juventute*. II. Perfectus in *Novitiatu*. Chappuis S. J. in *medit.* 13. Nov. Addo ego: III. Sanctus in *Morte*.